SAMMELHANDSCHRIFT

Anfang 16. Jh.

Seite 92v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30488
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Sabbata sanctifices habeas in honore parentes
Non sis occisor fur mechus testis iniquus
Alterius nuptam nec rem cupias alienam

Decem plage egipciace

Prima rubens unda ranarum plaga secunda
Inde culex tristis post musca nocivior istis
Quinta pecus stravit vesicas sexta creavit
Deinde subit grando bruchus post dente nephando
Nona tegit solem primam necat ultima prolem

De quinque sensibus

Sunt sensus quinque quorum peccata relinque
Visus et auditus gustus tactus olfactus

Novem peccata aliena

Iussio consilium consensus palpo recursus
Participans mutus non obstans non manifestans

Quatuor peccata clamantia in celum

Clamitat ad dominum vox sanguinis et sodomorum
Vox oppressorum merces detenta laborum

Peccata muta vel sodomitica

Propria mollities extra speciem sive sexum
Extra vas debitum modus aut indebitus istis
Contra naturam mixtus sunt hec sodomorum

Peccata in spiritum sanctum

Impugnans verum presumens spemque relinquens Huic induratus odiens quoque fratris amorem Emendam spernens impugnant pneuma beatum

Septem opera misericordie corporalia

Visito poto cibo redimo tego colligo condo

Septem opera misericordie spiritualia

Consule castiga parce dona solare fer ora

Alii versus de eodem

Corripit ignoscit solatur consulit orat